



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

Concilium Mvtinense, In Qvo Controversia Inter Dissidentes germanos
proceres Petrum & Lambertum composita fuit, anno Domini DCCCCLXXIII.
tempore Benedicti papae VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

CONCILIVM MVTINENSE,
IN QVO CONTROVERSIA INTER DISSIDENTES
germanos proceres Petrum & Lambertum composita
fuit, anno Domini DCCCCLXXIII. tempore Benedicti
papæ VI.

ANNO
CHRISTI
973.

N O T A.

Causa &
locus con-
cili.

* *Concilium.*] Hæc Synodus conuocata est ab Honesto archiepi-
scopo Rauennate apud Mutinam, ad componendum dissidium illud
quod inter duos germanos proceres, Petrum nimirum & Lamber-
tum, agitatum fuerat. Id qua ratione factum fuerit prolixius enar-
rat Rubeus libro 5. historiæ Rauennatis, anno 973.

CHARTA EDGARI REGIS

MALMESBVRiensi COENOBIO CONFECTA.

CIRCI
ANNV
CHRISTI
974.

*Se indicat clericos sacerulares eiecisse, monachosque vitæ
regularis induxit.*

Ingulph.
hiflor.
Croyl. pag.
884. Malm.
de gest. reg.
libro 2. cap.
8.

Monaste-
riorum mi-
sera iam
species.

EGO Edgarus totius Albionis basileus, nec non mariti-
morum seu insulanorum regum circumhabitantium,
adeo ut nullius progenitorum meorum subiectione largi-
flua Dei gratia suppetente sublimatus, quid imperii mei
potissimum Regi regum dono darem, tanti memor ho-
noris, solerterius saepe traetavi. Piæ igitur fautrix deuotionis
peruigili meæ studiositati superna subito insinuauit pietas
quæque in regno meo sancta restaurare monasteria, quæ
velut musciuis scindulis cariosisque tabulis tigno tenus vi-
sibiliter diruta, sic (quod maius est) intus a seruitio Dei fer-
me vacua fuerant neglecta. Idiotis nempe clericis eiectis
nulli regularis religionis disciplinæ subiectis, plurimis in
locis sanctioris seriei, scilicet monachici habitus, præfeci
pastores, ad ruinosa quæque templorum redintegranda o-
pulentos eis fiscalium munerum exhibens sumptus. Quo-
rum vnum nomine Eluricum, virum in omnibus ecclesia-
stic和平, famosissimi constitui custodem cœnobii, quod
Angli bifario vocant onomate Maldelmesburh. Cui
pro commoditate animæ meæ, ob Saluatoris nostri eius-